

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Voluntas u cum uariis

Nil offertur Deo diucius bona uoluntate. Voluntas autem bona est, sic proximi aduersa, sicut nostra pertimescere; sic de prosperitate proximi, sicut de nostro profectu gratulari; aliena dampna nostra credere, aliena lucra nostra deputare; amicum non propter mundum sed propter Deum diligere, inimicum eciam amando tollerare; nulli quod pati non uis facere, nulli quod tibi iuste impendi desideras denegare; necessitati proximi iuxta uires concurrere sed prodesse et ultra uires uelle.

Gregorius omelia V. super euangelia.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

nil] nihil P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; diucius *om.* M, ditius P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uoluntate] deo *add.* (*del. intra*) M; aduersa] aduersa *add.* M; sicut] sic B; prosperitate] prosperitate *add.* M; profectu] profecto P V<sup>1</sup>; lucra] lucra *add.* M; nulli *om.* L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; impendi] implendi V<sup>2</sup>, impleri L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; concurrere] occurrere P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; sed prodesse *om.* C